	H.	′	″
Altitudo apparens montis, ſeu limbi ſuperioris Solis, 57′ 30″, quæ correcta, erit 34′ 29″; ex his rurſus ſubtractâ quantitate ſemidiametri Solaris 16′ 4′ remanebit, altitudo vera centri Solis, quando totus delituit 18′ 25″; ex qua, reliquis etiam datis, infertur per Trigonometriam hora prædictæ altitudini reſpondens, nimirùm - - - - - - - - -	5	55	27
Occaſus Solis verus - - - - - -	5	57	1
Sed apparens, propter refractionem, circ.	6	0	0
Unde patet, finem Eclipſeos in noſtro Hemiſpherio viſibilem fuiſſe; contigit enim, quantùm ex prædictis colligi poteſt, circiter. - - - - - - - - -	5	56	50

II. Lunaris Eclipſis *celebrata die* 10. *Octob. an.* 1726. *& in Obſervatorio Collegii* D. Antonii Magni *obſervata ab* Eodem.

INnumeris ea nocte vaporibus inficiebatur aër, qui ſpiſſiores in nubes paulatim denſabantur, ipſamque Lunam non mediocriter offuſcabant. Verebar proinde, ne non bene mihi, ac feliciter Lunaris Defectus Obſervatio contingeret; futurum enim obnubilum tota ea nocte cœlum videbatur. Sub mediam verò noctem, Euro-Borea ſpirante, ſenſim aër diverberari, mox etiam diſpergi nubes viſæ ſunt; atque horâ circiter ſecundâ Occidentalis plaga, ad quam Luna vergebat, nitidiſſima apparuit, eademque ad finem Eclipſeos permanſit. Nullo igitur

igitur aëris incommodo Obſervationem hanc habui; nec quidquam prætermiſi, quod ejus rectitudini favere quoque modo intelligerem. Eodem uſus ſum Teleſcopio, quo in Obſervatione Solaris Deliquii; idemque adhibui micrometrum in definiendis Digitis Obſcurationis.

Ad Temporis verò dimenſionem horologio uſus ſum, pendulo inſtructo; cujus tanta æqualitas motus, ut dierum intervallo decem, & octo, vix uno, aut altero ſecundo à Medio Solis motu diſcrepaſſe deprehenderim; idque accuratiſſimo, ac quotidiano penè examine per appulſum fixæ ad eundem verticalem. Ejus differentiam à Tempore Vero, ſeu Apparenti repetitis interdiù Obſervationibus inveſtigavi, tùm ſcilicet per Solis altitudines, tum per lineam Meridianam; quas tamen Obſervationes libens prætereo, ne longior ſim; ejuſmodi enim ſunt, atque exhibitæ in præcedenti Solaris Eclipſeos Obſervatione.

Macularum nomina ex Selenographia P. Grimaldi excerpta ſunt, quam P. Ricciolius ſuo Almageſto novo inſeruit, ac nominibus locupletavit. In eorum verò commodum, qui Hevelianam ſequuntur Nomenclaturam, ſynonymas quoque voces, ex hoc Authore deſumptas, ſecundo loco apponam, præpoſita litera H, quæ Hevelium ſignificat.

	Temp. V. cor. H. ′	′	″
Incipit penumbra ſenſibilis limbum Lunæ ad Euro-Auſtrum inflectere. - -	14	37	0
Spiſſior apparet - - - - - - - -	14	46	0
Spiſſiſſima - - - - - - - - - -	14	56	0
Umbra Terræ, quantum diſcerni poteſt, ad eundem limbum pertingit - -	14	57	20
Schikardus in Umbra - - - - -	15	3	50

	o	′	″
I. Digitus obumbratur - - - - -	15	4	53
Umbra ad *Kriſtmanùm* - -	15	8	4
Immergitur totus - - - - - -	15	9	15
Merſenius latet: Litus Orientale *Maris humorum* incipit obumbrari: H. *Sinus Sirbonis* - -	15	9	50
II. Digiti latent - - - - - - -	15	13	0
Capuanus immergitur - -	15	13	36
Ad *Grimaldum* pervenit Umbra: H. *Pal. Mareotis* - - -	15	14	54
Gaſſendus incipit obumbrari -	15	17	34
Incipit *Tycho*: H. *Mons Sinai*. *Grimaldus* latet. - - - - - -	15	19	46
Tychonis medium tenet Umbra.	15	21	0
III. Digiti. *Tycho* totus immergitur -	15	21	53
Morinus: H. *Caſſius* - -	15	23	58
Bullialdus H. *Inſula Creta* -	15	25	20
Profatius incipit obumbrari -	15	30	58
IV. Digiti - - - - - - - - -	15	31	48
Profatius latet. - - - - -	15	32	40
V. Digiti - - - - - - - - - -	15	43	40
Umbra tantum non attingit *Galilæum*, quem propter diutiſſimè verſatur - - - - - - - -	15	48	0
Ad *Snellium*, & *Fornerium* pervenit Umbra - - - - - -	15	53	20
Ad *Fracaſtorium*. *Snellius* & *Fornerius* latent - - - - - -	15	55	38
Fracaſtorius totus in Umbra -	15	58	30
VI. Digiti - - - - - - - - -	16	3	4
Sinum Æſtuum tangit Umbra: H. *Mare Adriaticum* - - -	16	6	13

Medium

	H.	′	″
Medium *Vendelini* - - - -	16	8	22
Totum *Mare Nectaris* in Umbra. H. *Sinus extremus* - -	16	14	40
Grimaldus incipit emergere -	16	15	51
Ricciolius extra Umbram - -	16	16	18
Grimaldus totus - - - - -	16	23	30
Umbra ad *Langrenum* - -	16	24	27
Gaſſendus reſtituitur - - -	16	43	34
V. Digiti deficiunt - - - - - -	16	47	22
Bullialdus incipit emergere -	16	51	57
Totus extra Umbram - - - -	16	53	47
Kriſtmanus incipit - - -	16	54	17
Item *Schikardus* - - - -	16	58	0
IV. Digiti. Totus *Schikardus* - -	16	59	27
Pitatus totus - - - - - -	17	3	30
III. Digiti - - - - - - - - -	17	9	20
Tycho incipit emergere - -	17	10	54
Tychonis medium extra Umbram	17	11	49
Tycho totus emergit - - -	17	12	40
Fracaſtorius totus - - - -	17	14	20
II. Digiti - - - - - - - - -	17	18	4
Snellius emergit - - - -	17	25	43
I. Digitus tantum latet - - - -	17	26	10
Fornerius extra Umbram - -	17	27	55
Extremus limbus Lunæ, qui ad Africum ſpectat videtur proximè emerſurus - - - - - - - -	17	32	50
Jam Lunæ diſcus integer appareret, ac proinde Finis Eclipſeos	17	33	30
Adhuc denſiori penumbra prædictus limbus inficitur - - -	17	38	0

Deſinit

	H.	′	″
Deſinit penumbra ſenſibilis, ſuæque Luna claritati omninò reſtituta apparet - - - - - - - - -	17	54	0

	H.	′	″
Ex obſervatis Initio, ac Fine Eclipſeos colligitur ejus Duratio - - - - -	2	36	10
Medium verò, ſeu Maxima obſcuratio.	16	15	25
Quantitas Micrometro diligenter inveſtigata, Dig. 6. min. 10′. - - -			

Terreſtris Umbra in hac Eclipſi tum malè terminata, quod in cæteris Lunæ Eclipſibus contingere ſolet, tum etiam ſubluſtrior, atque aliàs viſa eſt. Difficilior proinde veri Initii, Finiſque inveſtigatio fuit; nec ſuo carituras arbitror diſſidio diverſas Aſtronomorum Obſervationes, qui ſcilicet in eodem penumbræ termino definiendo perquam rarò conveniunt; ac tum vel maximè, quando nulla Terreſtris Umbræ portio in diſco Lunari verſatur, uti nulla verſari incipiente Eclipſi, vel deſinente poteſt. Reliquæ verò phaſes, faciliùs, ac citra ſenſibilem errorem determinari potuerunt, comparatione habita inter Umbram veram, ac ſpiſſiorem penumbram. Equidem, ut rectitudini Obſervationis, quoad fieri poterat, diligentiſſimè conſulerem, plura ſub Eclipſeos Initium, plura ſub ejus Finem momenta temporis adnotavi; quorum ea tandem vero Initio, ac Fini adſcripſi, quæ utrique maximè congruere ex pluribus circunſtantiis deprehendi.

III. *Re-*